



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Liber IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

119

# D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-  
ciensis Episcopi, de Sacramento Ba-  
ptismatis & confirmationis, De-  
cretorum Liber IIII.

ARGUMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Baptismo & Confirmatione, deque iis quae  
circa hanc obseruanda sunt, tractatur.

*Quid sit Baptismus.* Cap. I.

Aptismus Græcè, Latinè tinctio interpreta- Ex deer.  
tur. Quod idcirco tinctio dicitur, quia ibi ho Fabia. pa  
mo spiritu gratia in melius mutatur, & lon p.e, cap. 5  
gè aliud quam erat efficitur, baptizatus in  
nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Si-  
cut in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramen-  
tum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum, id  
est, patris, & filii, & spiritus sancti.

*Vt præter Pascha & Pentecosten nisi morte periclitantur  
tibus baptismus non fiat.* Cap. II.

**V**Nde quia manifestissimè patet, baptizadis in Ecclesia Fx epist.  
elefas haec duo tempora, id est, Pascha & Pentecosten Leon. pa  
esse legitima, dilectionem vestram monemus, vt nullos a- pae, cap. 11  
lios dies huic obseruantiae misceatis. Quia si sunt alia quo-  
que festa quibus multa in honorem Dei reverentia debea-  
tur, principalis tamen & maximi sacramenti custodienda  
nobis est mystica & rationabilis exemplatio, non interdi-  
ctalientia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore  
periclitantibus subueniatur. Ita enim ad has duas festivita-  
tes connexas sibimet atque cognatas, incolumium & pa-  
cis securitate degentium libera vota deferimus, ut in mor-  
tis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis an-

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

gustiis in timore naufragij, nullo tempore hoc veræ fid  
singulare præsidium cuiquam denegemus.

Quo tempore baptisma celebrandum fit, & ut qui ba  
ptizantur non infideles sed fideles inueniantur.

Caput III.

*Ex decr. Victoris* In paschali verò tempore & Pentecoste baptisma  
pæpæ fra mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venient  
trib' per quoquo loco, vel momento, vbi cunq; euenerit, siue in  
*Alexan* mine, siue in mari, siue in fontibus tantum Christianæ  
driā con fessione credulitatis clarificata baptizatur. Ipsi quoq; q  
stutis, in baptismo polliciti sunt, summopere est attendenda  
cap. 2. infideles sed fideles inueniantur. Ipsi verò qui infideles  
nota aspergnutur, infames efficiuntur, atque inter fide  
minime reputantur.

De duobus temporibus baptismatis.

Caput IV.

*Ex decr. Gelasii* Baptizandi sibi quispam passim quocunque temp  
nullam credit inesse fiduciam, praeter Paschale fel  
pap. c. 10 & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dunta  
grauissimi languoris incursu, in quo verendum est,  
morbi crescente periculo, sine remedio salutari fort  
agrotans exitio præuentus abscedat.

Item quo tempore baptismus fieri debeat. Cap. V.

*Ex decr. Syrici pa pœ. ca. 2.* Equitur de diuersis baptizandorum, prout vnicui  
libitum fuerit, improbabilis & emendanda confu  
qua à nostris consacerdotibus, quod commoti dicimus  
non ratione autoritatis alicuius, sed sola temeritate pra  
mitur, vt passim ac liberè natalitiis Christi, seu app  
tationis, necnon & apostolorum, seu martyrum festi  
bus in numeræ, vt assertis, plebes baptismi mysterium  
sequantur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos, &  
omnes Ecclesiæ, dominicum specialiter cum Pente  
suo Pascha defendat.

De eadem re. Cap. VI.

*Ex cœcil. apud Cō cap. 3.* Extra statuta tempora canonum, id est, in Pente  
coste, baptisma non celebretur: quia sacra  
pendium, nonne hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum infe  
rit, fieri prohibent, intantum ut etiam eos qui alio

poē baptizantur, à gradibus Ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

*De eadem re.* Cap. VII.

**S**Acrosancti baptismi sacramentum, non nisi in Paschali Ex cōcil.  
festiuitate, & Pentecoste vnuquisque fidelium nouerit Vno mā-  
eis p̄bendum: exceptis his quibus mortis periculo vr- cīc. ca. 10  
gente, ne in eternum pereat, talib⁹ oportet remediis sub-  
uenire.

*Vt viginti dies ante baptismum ad purgationem  
exorcismi, catechumeni veniant.*

Cap. VIII.

**H**oc omnimodis præcipimus, & antiqui canones præ- Ex cōcil.  
cipiunt, vt ante baptismum viginti dies ad purgatio- Braggar.  
nē exorcismi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus cap. 3.  
iuxta canonicon præceptū, & erudiantur & consecrentur.

*Quod omnes ad batismum venentes quinta feria maio-  
ris hebdomadæ, fidem episcopo vel presbytero  
reddere debeant.* Cap. IX.

**Q**Uod oporteat eos qui ad baptismum veniunt fidem di- Ex cōcil.  
scere, & quinta feria septimang maioris episcopo aut Laodicei  
presbyteris reddere. cap. 46.

*Vt omnes baptizandi prius sint exorcizandi* Cap. X

**I**llud etiam quod circa baptizandos in vniuerso mundo Ex cōcil.  
sancta Ecclesia uniformiter agit, non ocioso contempla- pap. Gal.  
mūr intuitu, cum siue paruuli, siue ad regenerationis ve- liarum e-  
niunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quam pis. missis  
& exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus a- cap. 12.  
bigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps huius  
mundi mittatur foras.

*Vt baptizandi nomine dato à carne & vino se  
abstineant.* Cap. XI.

**B**aptizandi nomen suum dent sub abstinentia vini & Ex cōcil.  
carnium, ac manus impositione crebro examinent ba- Cartha.  
ptissimum, cap. 85.

*Quod neophyti à lautioribus cibis aliquod tempus, &  
à coniugis se abstinere debeant.* Cap. XII.

**N**eophyti aliquandiu à lautioribus epulis, & spectacu- Ex eodē  
lis, vel coniugibus abstineant. cap. 87.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

Vt omnis presbyter vas baptismale habeat.

Cap. XIII.

*Ex cōcil. Meldēsi. cap. 7.* **O**Mnis presbyter qui fontem lapideum habere neuerit, vas conueniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur, militer ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

Vt nullus presbyter nisi in ciuitatibus baptizare praesumat, excepta causa infirmitatis.

Caput XIV.

*Ex eccl. cap. 48.* **N**Emo presbyterorum baptizare praesumat, nisi in ciuitatibus atque temporibus constitutis, nisi causa gritudinis, vel certae necessitatis, & loca illa auctoritate & priuilegia debita retineant.

Qualiter ei qui fidelis existere voluerit, baptismum fitriuendum. Cap. XV.

*Ex decr. Clemēti. papae, cū. Etis fidei libus mis. ca. 62* **S**i quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exodus prioribus malis de reliquo pro bonis actis ad h̄eres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiat. Accedit ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque a libus misaudiat mysteria regni cœlorum. Leuiniis frequentibus ram impendat, ac semetipsum in omnibus probet, vrimense iam consummando, in die festo possit baptizari, ptizetur unusquisque in aquis perennibus nomine trinitatis beatitudinis inuocato super se, per unctus primo oleo orationem sanctificato, ut ita demum per hæc consecratum possit percipere locum cum sanctis.

De martyribus qui sine baptismo martyrium suscepereantur. Caput XVI.

*Ex dictis August.*

**C**At hecum enum quāuis in bonis operibus defunctus vitam habere non credimus, excepto duntaxat, martyrii sacramenta compleantur. Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus responderet. Hoc idem martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem, & interrogatus respondet. Ille post confessionem aspergitur martyrio, vel vero aspergitur sanguine, vel tibi⁹ iur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum. Hic habitaculum efficitur spiritus sanctus, qui non est ipse qui loquitur, sed spiritus qui in illo loquitur. Ille communicat Eucharistia in commemoratione mortis.

domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille cōfitetur se mū-  
di aq̄ib⁹ renunciaturum, hic ipse renunciauit vitæ. Illi  
omnia peccata remittuntur, isti extinguuntur.

*Quod cathecumenis sacramentum in Pascha dari  
non debeat.* Cap. XVII.

**I** Tem placuit, ut per solennissimos Paschales dies sa- *Ex cōcil.*  
cramentum catechumenis non detur, ni solum salis, Cartha-  
quia si fideles per illos dies sacramentum non mutat, nec *gi. cap. 5.*  
catechumenos oportet mutare.

*De catechumenis à baptisterio remouendis.*

Cap. XVIII.

**A**d baptisterium catechumeni nunquam admittendi *Ex cōcil.*  
sunt, nisi ipsi baptizentur. *Arausi-*  
*co, ca. 17*  
*De catechumenis segregandis, & informandis.*

Cap. XIX.

**A**fidelium benedictione catechumeni, etiā inter do- *Ex eadē,*  
mesticos ordines, in quantum caueri potest, segregā- *cap. 18.*  
di, informandique sunt, vt se & signandos, vel benedicen-  
dos semotim offerant.

*De catechumenis peccantibus.* Cap. XX.

**C**atechumenus, si ingrediatur Ecclesiam, & in ordine *Ex cōcil.*  
corum, qui instruuntur, assistat, hic autem deprehen- *neocæsa.*  
sus fuerit peccans, siquidem genu flebit, audiat, vt nō de- *cap. 6.*  
linquat ulterius. Si verò & audiens peccauerit, expellatur.

*De illis qui nuper sunt baptizati, quod promoueri  
non debeant.* Cap. XXI.

**D**e his qui nuper sunt illuminati baptisnate, quod eos *Ex cōcil.*  
in sacerdotali non conueniat ordine promoueri. *Laodicea*  
*cap. 3.*  
*De presbyteris, si in trinitate iuxta præceptum domini  
non baptizauerint.* Cap. XXII.

**S**i quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum domi *Ex cano-*  
*ni non baptizauerit in nomine patris, & filii, & spiri- ne aposto*  
*tus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus lo.*  
*filiis, aut in tribus paracletis abiiciatur.*

*De eadem re.* Cap. XXIII.

**S**i quis episcopus aut presbyter, non trinam mersionem *Ex eadē,*  
vnius mysterii celebrauerit, sed semel mergit in bapti-  
nate, quod dari videtur in morte domini, deponatur: Nō  
enim dixit dominus: In morte mea baptizate, sed: Euntes



D. BVRCHARD. EPIS. VVORMAC  
docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris  
& filii, & spiritus sancti.

Quod in baptismo, & in confirmatione, si necessitate fuit,  
vnum patrinus possit esse. Cap. XXIIII.

Ex decr. IN catechumeno, & in baptismo, & in confirmatione  
Ygini pa vnum pater potest fieri, si necessitas cogit: non est tamen  
pa, ca 10 consuetudo Romana, sed per singula singuli suscipiuntur.

Vt vnum patrinus, vel patrina ad suscipiendum  
infantem accedat. Cap. XXV.

Ex decr. VT non plures ad suscipiendum de baptismo infantis  
Leonis pa accedant, quam vnum, siue vir, siue mulier. In con-  
pae apud mationibus quoque id ipsum fiat.

S. Medar Vt ille qui non est baptizatus, vel confirmatus, ad  
baptismo nullum recipiat. Cap. XXVI.

Ex cōcil. IN bapismo vel in chrismate non potest alium suscipi  
Mogūti. Re in filiu ipse qui non est baptizatus, vel confirmatus.  
cap. 2. Vt nullus patrinus fiat, nisi recte credat. Cap. XXVII.

Ex cōcil. VT nemo a sacro fonte aliquem suscipiat, nisi Oratio  
Parisiensis, nem dominicam & Symbolum, iuxta suam lingua  
cap. 2. & intellectum teneat, & coram presbytero decanter. intelligent omnes pactum, quod cum Deo pepererunt.

Vt presbyteri a patrini requirant, si Symbolum  
teneant. Cap. XXVIII.

Ex cōcil. ANNuncient presbyteri, vt neque viri, neque foeminae  
Vvomar. Ade sacro fonte filiolos, vel filiolas suscipiant, nisi  
cien. 4. moriter Symbolum, & Orationem dominicam tenuerint.  
cap. 1. De Symbolo octo dies ante Pascha publicè in omnibus  
Ecclesiis recitando. Cap. XXIX.

Ex cōcil. Ymbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis vnde  
Agathē. Sid est, octo dies ante dominicam resurrectionem, p-  
cap. 1. cè in Ecclesia competentibus tradi.

De gentilibus infirmis, si baptismum desiderant.  
Caput XXX.

Ex eode concilio, GEntiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manu-  
imponi, si fuerint ex aliqua parte honesta vita, plan-  
cap. 3. it eis manum imponi, & fieri Christianos.

De grauidabaptizanda. Cap. XXXI.

Ex cōcil. Rauidam oportet baprizari, quando voluerit.  
Neocæsa. Genim in hoc quæ parit nasceti cōmunicat, proponit  
cap. 6. ea quod vniuersi quisq; propositū in cōfessione declarantur.

*De paruulis infirmis baptizandis. Cap. XXXII.*

**D**e paruulis verò, qui nuper materno utero editi sunt, *Ex cōcil.*  
placuit cōstitui, vt si infirmi, vt afflolet, fuerint, & lac *Haberige*  
maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt, *rūda, ca.*  
si oblati fuerint, baptizentur.

5.

*De illis qui in ægritudine baptizentur. Cap. XXXIII.*

**S**i quis ergo in ægritudine fuerit baptizatus, presbyter *Ex cōcil.*  
ordinari nō debet, Nō enim fides ilius est voluntaria, sed *Neocæsa*,  
ex necessitate descendit, nisi forte postea ipsius studium, & *cap. 12.*  
fides huius probabilis videtur, aut hominum raritas cogit.

*De illis qui paruulos recentes negant esse bapti-  
zandos. Cap. XXXIII.*

**I**TE M placuit, vt quicunque paruulos recentes ab uter- *Ex cōcil.*  
inis matrum baptizados negat, aut dicit, in remissionem *Africa-*  
quidem peccatorum eos non baptizari sed nihil ex Adam *no, ca. 66*  
trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis  
expietur, vnde sit consequens, vt in eis forma baptismatis  
in remissionem peccatorum nō vera, sed falsa intelligatur,  
anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est  
quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc cōmittere potuerunt, ideo in peccatorū remissione veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerūt.

*De infirmis baptizatis. Cap. XXXV.*

**Q**UOD oporteat eos qui in ægritudine percipiunt *Ex cōcil.*  
baptismia, postquam cōualuerint fidem perdiscere, *Laudien.*  
& scire cuius munieris participes facti sint. *cap. 47.*

*De ægrotantibus, si baptismum desiderant, et post  
obmutescunt. Cap. XXXVI.*

**V**T ægrotantes, si pro se respondere non possunt, quū *Ex cōcil.*  
voluntatis eorum testimonium sui, qui periculo pro *Africa-*  
proprio adfuere dixerint, baptizentur, & vt scēnicis atque *no, ca. 12.*  
hystrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconcilia-  
tio non negetur.

Q ii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

*De mortuis non baptizandis.* Cap. XXXVII.

*Ex cōcil. Cartha-* **C** Auendum est, ne mortuos etiam baptizari posse fini-  
trum infirmitas credat, quibus nec Eucharistiam do-  
g: cap. 6. re animaduertat.

*Desubito obmutescere, si testes habuerit,  
baptizando.* Cap. XXXVIII.

*Ex cōcil. Arusi-* **S** Vbito obmutescens, prout statutū est, baptizari, & p-  
nitentiam accipere potest, si voluntatis præterit  
co. ca. 11. stimonium aliorū verbis habet, aut præsentes in suo mu-

*De his qui apud hæreticos baptizantur in nomine  
sanctæ trinitatis.* Cap. XXXIX.

*Ex cōcil. Rotoma-* **B** Aptissima vnum est, sed in Ecclesia catholica, cuius  
membra effecti sumus, vbi vna fides est, vbi in nomi-  
ne patris, & filii, & spiritus sancti datur. Et ideo qui  
cap. 3. illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ trinitatis  
fessione baptizant, & veniunt ad nos, recipientur quidem  
quasi baptizati, ne sanctæ trinitatis inuocatio, vel confes-  
sio annulletur, sed doceantur integrè, & instruantur  
in sanctæ trinitatis, & mysterio quod in sancta Ecclesia  
netur: & si consentiunt credere, vel adquiescent confessio  
purgatae fidei integritate, firmentur manus impositione.  
Si verò paruuli sunt hebetes, qui doctrinam non capi-  
respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta morem bap-  
tandi, & ita interrogentur, vt scient quid respondere  
beant, & sic manus impositionem accipient.

*De eadem re.* Cap. XL.

*Ex cōcil. Vvorma-* **Q** Vicunq; baptizatus fuerit ab hæreticis in nomi-  
ne patris, & filii, & spiritus sancti, nullo modo rebap-  
ciē. ca. 5. zari debet, sed per solam manus impositionem  
purgandus est.

*Vt baptismus in trinitate suscepimus non  
iteretur.* Cap. XL I.

*Ex cōcil. Cartha-* **V**T baptismum in trinitate susceptum nō iteretur. Ego si vobis placet, consideremus primum titulum  
gi. cap. 1. rebaptizatis, & sanctitatem vestram postulo, vt menti-  
stræ placita producatis ad descendenter in aquam, &  
terrogatum in trinitate secundum Euangelii fidem.

apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in Deum de resurrectione Iesu Christi, liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum tingi? Vniuersi episcopi dixerunt, absit, absit: illicitam esse sancimus re baptismationem, & satis esse alienum à sincera fide, & à catholica disciplina.

*De illis qui nesciunt qua fide baptizati sunt.*

Cap. XLII.

**H**i autem de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, *Ex decr.*  
sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizauerunt se ne- *Leonis pæ*  
scire profitentur, quoniam quolibet modo formam bapti- *pæ epifio*  
smatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus im *pis per Si*  
positionem, virtutē spiritus sancti, quam ab hereticis ac- *cūia cōſti*  
cipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt. *tutis mſ-*  
*sis, ca. 29*

*De presbytero, qui grammaticam ignorabat,*

*& tamen in Trinitate baptizabat.*

Caput XLIII.

**V**irgilius & Sedonius religiosi viri apud Bauariorum *Ex epist.*  
prouinciam degentes, suis nos literis visunt, per quas *Zachariae*  
intimauerunt, quod tua reuerenda fraternitas in iungeret *papæ ad*  
eis Christianos denuò baptizare. Quod audientes, nimis *Bonifaciu*  
sumus conturbati, & in admirationem quandā incidimus, *Megūi.*  
si haberetur, ut dictum est. Retulerunt quippe, quod fuerit *archiepi-*  
in eadem prouincia sacerdos, qui Latinam linguam peni- *scopum.*  
tus ignorabat, & dum baptizaret, nesciens Latini eloquij  
infringere linguam diceret: Baptizo te in nowine patria,  
& filia, & spiritus sancti, ac per hoc tua reuerenda frater-  
nitas considerauit rebaptizare. Sed sanctissime frater, si  
ille qui baptizauit, non errorem introducens, aut heresim,  
sed pro sola ignorantia Romana loquutionis infringendo  
linguam, ut præfati sumus, baptizans dixisset, non pos-  
sumus consentire, ut denuò baptizentur: quia quod tua be-  
ne compertum habet, sancta fraternitas, quicunque bapti-  
zatus fuerit ab hereticis in nomine patris, & filii, & spiri-  
tus sancti, nullo modo rebaptizari debet, sed per solam ma-  
nus impositionem purgari debet. Nam sanctissime frater,  
sita est, ut nobis relatum est, non amplius à te iilis præ-  
dicetur aliquid huiusmodi, sed ut sancti patres docent &  
prædicant, tua sanctitas studeat conseruare.

Q. iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

De illis qui aliquam habent dubitationem baptismatis, ut rebaptizentur. Cap. XLIII.

*Ex decr. Leonis pa* Si nulla exstāt indicia inter propinquos aut familiā nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de quā pae, ad Ru quæritur baptizati fuisse doceantur, agendum est ut scū Nar scantur, ne manifeste pereant. In quibus quod non ī bonem epi ditur gestum, ratio non finit ut videatur iteratum. scopū mis autem possunt meminisse quod ad Ecclesiam venē sis, ca. 27. cum parentibus suis, possunt recordari an quod eorum rentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsa moria alienum est, conferendum eis videtur, quod autem esse nescitur, quia nō temeritas interuenit prætentionis, ybi est diligentia pietatis.

De infantibus si certos testes habere non possunt, non esse baptizatos. Cap. XLV.

*Ex concil. Africano. ca. 39* Tem placuit de infantibus quoties non inuenimus certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubione testentur, neque ipsi sunt per atatem, de tradi- bi sacramentis idonei respondere, absq; ylo scrupuli esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacram torum purgatione priuari. Hinc enim legati Mau frates nostros consuluerunt, quia multos tales abris redimunt.

De presbyteris per quorum negligentiam sine baptis mate aliquis mortuus fuerit. Cap. XLVI.

*Ex decreto. Syxti pa* Erpendant presbyteri quanti discriminis sit an innocentium per eorum negligentiam à regno excludit. Si enim gaudium est in cœlo super uno peccare pœnitentiam agentे, quid putas, quāta ira & iudicio super illum erit, qui per suam negligentiam ianuā radisi innocentibus claudi? Et ideo presbyteri summi ligentia caueant, ne animas pro quibus sanguis Christi fusus est, per suam incuriam à cœlesti beatitudine se sed si, quod absit, euenerit, graui pœnitentia luctuæ vitæ suæ se submittat, per cuius euenerit neglectum.

Ut nullus presbyter in propria prouincia, vel in alia quam infirmo baptismum denegare præsumat. Caput XLVII.

*Ex decreto. Martini pap. c. 1. 3.* Vicunq; presbyter in propria prouincia aut in vel vbi unq; inuentus fuerit, commēdatus

firmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione, & sic sine baptismo moritur, deponatur.

*De illis qui denuo baptizati sunt. Cap. XLVII.*

**H**is verò, de quibus similiter dilectio tua nos creditit *Ex decr.* consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu *Leonis pa* coacti, vel errore traducti sunt, & nunc se contra catholi- *pæ, ad Ni* cae fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodiē- *cetā spi* da moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœ- *scopum* nitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis ma- *Aquiliē* nus, communionis recipient *Vnitatem. Tempora autem sem, cap.* pœnitudinis habita moderatione tuo constituenda iudi- *47.* cito, prout conuersorum animos inspexeris esse deuotos, pariterque etiam habentes ætatis senilis intuitum, & periculorum quoruinque aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem cōmunionis gratia subueniri.

*De hoc si parvulus ægrotans ad quemlibet presbytero-  
rum baptismi gratia defertur. Cap. XLIX.*

**S**i parvulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum ba- *Ex decr.* ptismi gratia de cuiuslibet parochia allatus fuerit, ei *Eugenij* baptismi sacramentum non denegetur. Si quis hoc munus *papæ, ca.* petenti concedere detrectauerit, & ille parvulus absque *6.* baptismatis, gratia mortuus fuerit, nouerit ille se, qui eum non baptizauit, pro eius anima rationem redditurum, & apud synodus acerrime corrigendum.

*De illis qui bis vel ter cōfirmati vel baptizati sunt. Cap. L.*

**D**ictum nobis est, quod quidam de plebe bis, aut ter, ab *Ex conci.* episcopis ignorantibus tamen eisdem episcopis con- *Terraco* firmentur. Nnde nobis visum est, eandem cōfirmationem, *nensi, ca.* sicut nec baptismum, iterari minimè debere: quia bis vel *6.* amplius baptizatos aut confirmatos, non seculo sed soli domino sub habitu regulari vel clericali religiosissimè famulari decretum est.

*De illis qui bis ignorantes baptizati sunt. Cap. LI.*

**Q**ui bis ignorantes baptizati sunt non indigent pro *Ex pœni-* co pœnitere, nisi quod secundum canones non pos- *tentiali.* sunt ordinari, nisi magna aliqua necessitas *Theodo.* cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, *cap. 14.*

*Q* *iiiij*

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAO

quasi iterum Christum crucifixerint, septem annos po-  
teant, quartam, & sextam feriam, & tres Quadragesimæ  
pœniteant. Si pro vitio aliquo fuerit, similiter. Si pro ni-  
ditia putauerint, tribus annis similiter pœniteant.

*De paruolorum animabus, qui sine baptismate mo-  
riuntur. Cap. LII.*

*Ex epist. Grego.* **I**n extremo verò epistolæ requisisti quid eis responde-  
dum sit, qui dilectionem tuam de paruolorum anima-  
bus requirunt, qui sine gratia baptismatis moriuntur,  
*pta Secū-* centes: Si corpus originali tenetur culpa, vnde anima  
*dino ser-* à Deo datur rea erit, quæ adhuc in actuali delicto non  
*uo Dei re* sensit corpori? Sed hac de re dulcissima mihi tua cha-  
cluso. **tas** sciat, quia de origine animæ inter sanctos patres  
quisitio non parua versata est, sed utrum ipsa ab Ad-  
descenderit, an certè singulis detur, incertum remanet  
eāmque in hac vita insolubiliter fassi sunt esse queſti-  
onem. Grauis est enim quæſtio, nec valet ab homine co-  
prehendi: quia si de Adæ substantia anima cum can-  
nascitur, quur non etiam cum carne moritur? Si ve-  
cum carne quæ ab Adam prolata est, obligata pecca-  
tentur. Sed quum hoc sit, incertum non est, quia  
sacra baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis  
ma originalis peccati vinculis est obſtricta. Hinc en-  
scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, u-  
nius diei infans super terram. Hinc Dauid ait: In  
quitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mea  
ter mea. Hinc ipsa Veritas dicit: Nisi quis renatus fu-  
rit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum pe-  
lorum. Hinc Paulus apostolus ait: Sicut in Adam omnes  
moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Quo-  
ero infans qui nihil peccauit in conspectu omnipotens  
tis Dei esse non valet mundus, quur Psalmista ex lego  
mo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Quo-  
nisi quia qui mundatus aqua baptismatis non fuerit mu-  
ndus non est? Quur in Adam omnes homo moritur, si  
ginalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus hu-  
manum in parente primo velut in radice putruit, ani-  
tatem erexit in ramis, & inde omnis homo cum peccato  
nascitur, vnde primus homo permanere voluit in pe-

cato. De his autem subtilius ac latius loqui debueram, sed dum me & curarum tumultus præmunt, & harum portitor ut laxaretur importunus extitit, vnde multa debui, pauca locutus sum.

*De energumenis baptizatis. Cap. LIII.*

**E**nergumeni baptizati de purgatione sua curantes, si *Ex cōcil.*  
*Arausice,* se solitudini clericorum tradunt, monitisque ob- temperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius *cap. 13.*  
virtute vel muniendi ab incursu dæmonis quo infestan- tur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vitæ purgatio.

*De energumenis & catechumenis baptizandis.*

*Caput LIII.*

**E**nergumenis & catechumenis in quantum vel neceſ- *Ex eodē*  
ſitas exegerit, vel opportunitas permiſſerit, de ba- *cap. 14.*  
ptismate consulendum.

*De rebaptizatis. Cap. LV.*

**C**VM rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo par- *Ex cōcil.*  
ticipent. *Euerdēsi,*  
*cap. 14.*

*De presbytero qui recte baptizatum denovo baptiza-*  
*uerit, et non recte baptizatum ab hæreticis non*  
*baptizauerit. Cap. LVI.*

**E**piscopus aut presbyter si eum qui secundum verita- *Ex cōcil.*  
tem habuerit baptismā denovo baptizauerit, aut si *Lugdunē,*  
pollutum ab impiis, & non recte baptizatū nō baptizau- *cap. 47.*  
erit, deponatur, tanquam deridens crucē & mortē domini,  
nec sacerdotes veros à falsis sacerdotibus iure discernens.

*Ut diaconi suam mensuram custodiant. Cap. LVII.*

**D**iacones quoque propriam constituimus seruare men- *Ex decre.*  
suram, nec ultra tenorem paternis canonibus depu- *Gelasii*  
tatum, quipiam tentare permittimus: nihil eorum suo *papæ ca.*  
ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus pro- *7.*  
priæ decreuit antiquitas. Absque episcopo & presbyte-  
ro baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis officiis  
longius constitutis, necessitas extrema compellat, quod  
& laicis Christianis facere plerumque conceditur.

D. BVRG HARDI. EPIS. VVORMAC

De inordinato si quasi ordinatus baptizare presum.  
pserit. Cap. L VIII.

Ex deo. **S**i quis baptizat, aut aliquid diuinum officium exeret  
Hormis- rit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab  
dæ papæ, clesia, & nunquam ordinetur.

cap. 4. **V**t presbyteri populum admonent ut suos infantu-  
los ad confirmationem episcopo præsentent.

Caput LIX.

Ex cœcil. **A**nnuncient presbyteri populis, ut quam citius  
Vvorma- tuerint, suos infantulos ad confirmandum episcopum  
ciē. ca. 2. præsentari faciant. Quod si neglexerint, & presbyteri  
populus canonice disciplinis subiaceant.

**V**t omnes perfectæ aetatis, ieuni ad confirmationem  
veniant. Cap. LX.

Ex cœcil. **V**Te ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ  
Aurelia. & moneantur confessiones facere prius, ut in  
cap. 5. donum sancti spiritus valeant accipere, & quia  
quam erit Christianus, nisi confirmatione episcopali  
rit chrismatus.

De duobus sacramentis, id est, baptismo & manus  
impositione. Cap. LXI.

Melchia. **D**E his verò super quibus rogatastis vos informare,  
papa His est, vtrum maius esset sacramentum manus im-  
paniarū tionis episcoporum, aut baptismus, scitote vtrunque  
episcopis gnum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus  
hæc scribit, ca. 6. potest, ita & maiori veneratione venerandum & tem-  
dum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta  
inuicem nisi morte præueniente nullatenus possint separari, & vnum sine altero ritè perfici non potest.

**V**t omnes Christiani ad confirmationem festi-  
nent. Cap. LXII.

Ex concil. **V**T ad prædicationem & confirmationem episcopum  
Vvorma. **V**omnes deuote conueniant, eique fideliter ministrantur  
cap. 6. & obedient.

Item de manus impositione. Cap. LXIII.

Eusebius. **M**anus quoque impositionis sacramentum magis  
papa fra- neratione tenendum est, quod ab aliis perfici  
tribus potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore ap-

rum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur, aut scitur per- Campagniam egrorum  
atum esse: neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab il-  
lis qui eorum locum tenent, inquam perfici potest aut fieri Tusciam  
debet. Nam si alter præsumptum fuerit, irritum habeatur constitutus  
& vacuum, nec inter Ecclesiastica inquam reputabitur sa- scribit.  
cramenta.

*Item de confirmatione. Cap. LXIII.*

**P**ræcipimus ut ad accipendum per manus impositio- Ex cœcil.  
nem pontificis spiritus sancti donum, so-  
licitate & devo- Mogunti,  
tè omnes concurrent, & episcopo suo ea quæ necessaria sunt cap. 5.  
fideliter ministrent, eique ab omnibus & per omnia obe-  
diantur.

*Quod omnes fideles accepto baptismate chrisma percipi-  
pere debeant. Cap. LXV.*

**Q**uod oporteat eos qui baptizantur post lauacrum Ex cœcil.  
christma cœleste percipere, & regni Christi partici- Laodicensi  
pes inueniri. cap. 48.

*Vt omnes renati fonte baptismatis, donum sancti spiri-  
tus per manus impositionem accipere debeant.*

*Caput LXVI.*

**O**mnes enim fideles per manus impositionem episco- Ex epist.  
porum, post baptismum accipere debet spiritum sanctum, Anteri-  
ut pleni Christiani inueniantur. Dei, quia quoniam spiritus. De pap. c. 15  
spiritu sancto accipimus ut spiritales efficiamur: quia anima-  
lis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sanctus infundimur,  
cor fidele ad prudenter, ad constanti dilataatur. De spiritu  
sancto accipimus, ut sapiamus inter bonum & malum discernere,  
iusta diligere, iniusta respuere, ut inuidia ac si perbia repu-  
gnemus, ut luxuria, ac diuersis iubilatibus, & fœdis indignis-  
que cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus,  
ut amore & gloria ardore succenti erigere a terrenis men-  
tem ad superna & ad diuinam valeamus.

*Vt episcopi non nisi ieuniū confirmationes faciant, exce-  
pta causa infirmitatis. Cap. LXVII.*

**V**t episcopi non nisi ieuniū per impositionem manuum Ex cœcil.  
spiritum sanctum tradant exceptis infirmis, & morte Meldensi,  
periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Pascha vi. cap. 6.  
delicer & Pentecoste, à ieuniis celebrari debet baptismus,  
ita etiam traditionem sancti spiritus à ieuniis pontificibus  
conuenit celebrari.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

Et episcopis in campo, si necesse sit, liceat confirmari,  
melius est autem in Ecclesia, aut in atrio Eccle-  
siae. Cap. LXVIII.

Ex cōcil.  
Remensi,  
cap. 10.

E Piscopo liceat in campo, si necesse sit, confirmari

Et a solis episcopis baptizati sint consignandi.  
Caput LXIX.

Ex decr.  
Innocētii  
pap. De-  
cētio epi-  
missis.  
cap. 3.

D E consignandis verò infantibus manifestum est,  
ab alio quām ab episcopo fieri licere, nam presby-  
licet sint secundi sacerdotes, pōtificatus tamen apicem  
habent. Hoc autem pontificibus solis deberi, ut vel co-  
gnent, vel paracletum spiritum tradant, non solum  
suetudo Ecclesiastica demonstrat, verū illa lectio Ad  
apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse direc-  
to, iam baptizatis tradant spiritum sanctum. Nam pre-  
teris seu extra episcopum seu præsente episcopo cum ba-  
zant, chrismate baptizatos yngere licet, sed quod ab  
scopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eo  
oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tra-  
spiritum paracletum.

Et presbyteri baptizatos in frontibus chrismate si-  
gnare non audeant. Cap. LXX.

Ex rege  
Greg. ad  
Januariū  
episcop.  
Caralita  
nū, c. 100  
Ex epist.  
Gelasii  
pa. ca. 5.

P Resbzteri baptizatos infantes signare in frontibus  
chrismate nō præsumant, sed presbyteri baptizato-  
gant in pediore, ut episcopi postmodū confirment in fronte.  
De presbyteris qui pro baptismate precia requi-  
runt. Cap. LXXI.

B Aptizandis consignandisque fidelibus precia  
præfigat, nec illationibus quibuslibet impositis em-  
tare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accep-  
gratis date mandamur. Et ideo nihil à prædictis pre-  
exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deter-  
vel indignatione renocati, redēptionis suæ causas adi-  
spiciant, certū habentes, quod qui prohibita deprehendi-  
rint admisisse, vel commissa non potius sua sponte con-  
tint, per iculum subituri proprij sint honoris.

De presbyteris qui veteri chrismate baptizare pre-  
sumunt. Cap. LXXII.

Ex cōcil.  
Lugdun.  
cap. 3.

S I quis de alio chrismate, quām de illo nouo quod pro-  
episcopi largitione vel concessione accepit, baptizari

nisi pr.  
ipse in-  
statur.

N m

cuit sen-  
pismat-  
tuerit. i  
D

S I qui  
ptiza-  
prius ba-

V fe  
chumer-  
tiām ap-  
byteros

P Res-  
bus-  
cum, se-  
ante Pa-

V cu  
neque d  
episcopo

P Er  
sec-  
proprii

ni si præoccupante morte tentauerit, pro temeritatis ausu  
ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manife-  
statur.

*Vt presbyter in sua plebe sine chrismate ire non  
debeat.* Cap. LXXIII.

**N**Villum presbyterorū in plebe sibi commissa sine chris *Ex cōcil.*  
mate vñquam debere progredi: quia inter nos p'a- *Vasensi,*  
cuit semel in baptismate chrismari. De eo autem qui in ba- *cap. 5.*  
ptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus  
fuerit, in confirmatione sacerdotis perficietur.

*De presbytero qui se deprehenderit non esse bapti-  
zatum.* Cap. LXXIIII.

**S**I quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse ba *Ex cōcil.*  
ptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos *apud Cō-*  
prius baptizauit. *pendium,*

*De presbyteris quomodo in cena domini de chrismate,* *cap. 5.*  
*de oleo sacrificato, de oleo infirmorum facere*  
*debeant.* Cap. LXXV.

**V**T presbyter in cena domini ampullas tres secum de- *Ex cōcil.*  
ferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad cate- *Meldensi*  
chumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta senten- *cap. 1.*  
tiam apostolicam, vt quando quis infirmitur inducat pres-  
byteros Ecclesiae, &c.

*De eadem re.* Cap. LXXVI.

**P**Resbyteri qui diœcesanæ Ecclesiæ regunt, non à qui- *Ex cōcil.*  
bus libet epis copis, sed à suo, nec per iuniorem cleri- *apud V4.*  
cum, sed per seipso, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, *lentias,*  
ante P alchæ solennitatem clarisma petant. *cap. 2.*

*De eadem re.* Cap. LXXVII.

**V**T nemo episcoporū, vel quilibet minister Ecclesiasti- *Ex cōcil.*  
cus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, *Meldensi,*  
neque denarios, vel quælibet munuscula, qua per ministros *cap. 5.*  
episcoporum, à presbyteris inordinabiliter exiguntur.

*De eadem re.* Cap. LXXVIII.

**P**Er singula territoria presbyteri vel ministri ab epi- *Ex cōcil.*  
scopis nō prout libitum fuerit à vicinioribus, sed à suis *Vasensi,*  
propriis per annos singulos petant chrisma, appropin- *cap. 10.*

D. BVRCHAR D I EPIS. VVORMAC.

quante solennitate Pascali , nec per quemcunque alio  
quam per seipso , aut per vicarios eiusdem ordinis . qu  
in honorum est , inferioribus summa committi . Optimum  
autem est , ut ipse suscipiat , qui in tradendo surus est .

*De presbyteris qui pro accipiendo chrismate  
ad ciuitates venire solent.*

Caput LXXIX.

*Ex cōcil. Meldēsi. cap. 6.* **D**E presbyteris , qui accipiendi chrismatis gratia ad  
ciuitates in cœna domini venire solicii erant , sancitu-

est , ut de his qui longè positi sunt , de octo vel decem vno  
ab archidiacono eligatur , qui acceptū chrisma sibi & soci  
diligenter perferat . Hi verò qui non longius à cœna  
quam quatuor aut quinque milibus habiant , more soli  
ad accipendum chrisma per se veniant . Discendi vero op-  
tia , alio non Quadragesimali tempore ad ciuitatem con-  
centur , propter plebes sibi commissas .

*De chrismate quod semper sub sera esse debet.*

Cap. LXXX.

*Ex cōcil. Turonē. cap. 3.* **P**Ræterea & illud omnimodis obseruādum est , ut factum  
chrisma , & oleum consecratum semper sub sera sit , ne  
lud vnde Christo incorporanur , & vnde omnes fidei  
sanctificantur , vnde reges & sacerdotes iunguntur , aliquis  
infidelis , aut immundus tangat , aut aliquis perfidus ad  
iudicium subuertendum surripiat , quod experientur dicimus .

*De Iudeis quomodo ante baptismum examinari debent.* Cap. LXXXI.

*Ex cōcil. Agatēsi. cap. 35.* **I**udæi quorum perfidia frequenter ad somitem reditum  
legem catholicam venire voluerint , octo menses inter-  
techumeno Ecclesiæ limen introeant , & si pura fide ven-  
noscuntur , tunc demum baptismatis gratiam mereantur .  
Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra prae-  
dictum tempus incurrerint , & desperati fuerint , baptizem-

*De Iudeis ut nullus eis vim ad credendum debeat inferre.* Cap. LXXXII.

*Ex cōcil. Tolerā. 5. cap. 57.* **D**E Iudeis autem hoc præcepit sancta synodus , nemini  
deinceps ad credendum vim inferre . Cui enim v-  
Deus miseretur , & quem vult indurat . Nō enim tales ini-  
cunt hominē propria arbitrij voluntate serpenti obedien-

perit, sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij facultate, ut conuertantur saluandi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisenandi, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptisimi gratiam suscepisse, & christmate vnetos esse, & corporis d omni & sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen dominib blasphemetur, fidesque quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

*Vt Iudeorum filii baptizati ab eorum consortio separari debeant.* Cap. LXXXIII.

Iudeorum filios vel filias baptizatos, ne parentum ultra Ex eod. 5 innoluantur erroribus ab eorum consortio separari de cap. 60. cerninus, depuratos aut monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius constituti, tam in moribus quam in fide proficiant.

*Vt nulla communio fit Hebreis ad fidem Christianam translati, cum aliis nondum baptizatis.* Cap. LXXXIV.

Saepe malorum cōsortia etiam bonos corrumptunt, quanto magis eos qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur ultra Ex eod. 5 cap. 62. communio fit Hebreis ad fidem Christianam translati, cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subuertantur. Quicunque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cädibus depentur.

*De Iudeis qui apostatauerint.* Cap. LXXXV.

Plerique qui ex Iudeis dudum ad Christianā fidem pro- Ex eodē moti sunt, nunc blasphemantes Christum, non solum cōclio. 5. Iudaicos sicut per petrasse noscuntur, sed etiam & ab omni cap. 59. nandas circumcisiones exercere noscūtur. De quibus, consultu p̄issimi ac religiosissimi domini nostri Sisenandi regis, hoc sanctum decreuit conciliū, ut huiusmodi transgresores pontificali autoritate correcti, ad cultū Christiani do-

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC DE E

gmatis reuocentur , vt quos voluntas propria non edat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem qui circunciderunt , si filii eorum sunt, à parentū consortio parētur, si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradidit.

*De seruis Iudæorum. Cap. LXXXVI.*

*Ex eode. 13.ca.9. I* Tem vt si Iudæorum serui necdum conuersi ad Christum gratiam conuolauerint, libertati donentur.

*De mancipiis Iudæorum quæ ad baptismum confugiunt. Cap. LXXXVII.*

*Ex concil. apud Ar- uernen. cap.30.* **I**cet prioribus canonibus iam fuerit definitum, nō mancipiis paganis quæ apud Iudeos sunt si ad Ecclesiam configurerint, & baptismum petierint, etiam ad quicunque Christianos refugerint, taxato, & oblato à libris iusto precio ab eorum dominio liberentur: ideo tuimus hoc, vt tam iusta constitutio , ab omnibus calicis obseruetur.

*Item de mancipiis Iudæorum, aut Christianis, aut ad fidem Christianam venire desiderantiibus.*

*Caput LXXXVIII.*

*Ex cōcil. Matiscē. cap.16.* **P**ræsenti concilio Deo autore fancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudeo deinceps seruiat, sed tis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsi mancipium quicunque Christianorum, seu ad ingenium tem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, Christianum fieri desiderat & non permittitur, similiter faciat; quia nefas est, vt quod Christus dominus sanguini effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quod si adquiescere his quæ statuit quicunque Iudeus noluerit, quām diu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum Christianis ubique voluerit habitare.

*De illis qui de hæresi ad fidem venire desiderant.*

*Caput LXXXIX.*

*Ex concil. Aralatēs. cap.9.* **S**i ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogatum de Symbolo, & si viderint eum in patre, & filio spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, vt accipiat spiritum sanctum.

*De Iudeis, si Christianum mancipium circum-  
ciderint.* Cap. XC.

**S**i quis Iudæorum Christianum mancipium, vel cuiuslibet sectæ alterius, emerit & circūciderit, à Iudæi ipsius porestate sublatuſ in libertate permaneat. *Ex cōcil. apud Theogonis vul-*

*Quid sanctus Gregorius de Iudeis præceperit.* Cap. XCI. *lam habito, ca. 4.*

**I**oseph praesentium lator Iudæus, insinuauit nobis de loco quodam, in quo ad celebrandas festiuitates suas Iudei in Terracinenſi castro conſistentes, conuenire cōſuerant, quod tua eos fraternitas expuliffet, & in aliū locū pro colendis ſimiliter festiuitatibus suis, te quoque noſcēte, & conſentiente migrauerint, & nunc de eodem loco, etiam expelliſe denuo conqueruntur. Quod ſi ita eſt, volumus tua fraternitas ab huiusmodi ſe querela ſuspendat, & loco quem, ſicut prædiximus, cum tua conſcientia quo congregentur, adepti ſunt, eos, ſicut moſ fuit, ibidē liceat conuenire. Hos enim, qui à Christiana religione diſcordant, mansuetudine, benignitate admonendo, ſuadendo, ad unitatem fidei neceſſe eſt congregare, ne quos dulcedo prædicationis, & præuētus futuri iudicis terror ad credendum inuitare poterat, minis & terroribus repellantur. Oportet ergo, ut ad audiēdum de te verbum Dei benignè conueniant, quam austeritate quæ ſupra modum extendi- tur, expaueſcant.

*De illis baptizatis, qui pro periculo mortis a diaconi-  
bus baptizati fuerint.* Cap. XCII.

**S**i quis diaconus regens plebem, ſine epifcopo vel prefbytero, aliquos pro periculo mortis baptizauerit, epifcopus eos per benedictionem & confirmationem perfice- re debet. Quod ſi antē de ſeculo recelſerit, ſub fide quaque credit, poterit eſſe iustus. *Ex cōcil. Turonico cap. 3.*

*De illis qui presbyteros cogunt denarios pro  
balsamo dare.* Cap. XCIII.

**Q**uidam fratres dixerūt conſuetudinis antiquæ ſuif- fe in eorū Ecclesiis, ut pro balsamo emendo ad chris- tina faciendum, ſiue pro luminaribus Ecclesię concinnan- dis, binos vel quaternos denarios presbyteri darent. Unde omnes uno conſenſu statuimus, ut ſicut pro dedican- dis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiēdum eſt, ita

R

D. BVRCHARD. EPIS. VVORMA

DE

etia pro balsamo, siue luminarib<sup>o</sup> emēdis nihil presb  
chrisma accepturi dent. Episcopi itaq, de Ecclesiē fac  
tibus balsamū emāt, & luminaria singuli in Ecclesiū

De chrismatis panno. Cap. XCIII.

*Ex cōcil.* **S**i quis voluerit chrismatis pannum iterū linire, &  
apnd Bel alium baptizatum mittere, non est absurdum.  
nacū, cap. 8.

Quod catechumeni cūm baptizatis manducare  
non debeant. Cap. XCV.

*Ex cōcil.* **C**atechumeni manducare non debent cum bap  
Mogūti. C tis, neque osculum eis dare, quanto minus geni  
cap. 5.

Descrutinio faciendo. Cap. XCVI.

*Ex cōcil.* **D**E scrutinio faciendo decreuimus, vt in episcopi  
Romano, D ubi conuentus est populi, & cleri, & possibiliat  
cap. 15. mittit, ibi celebretur.

De ministerio baptismatis. Cap. XCVII.

*Ex cōcil.* **B**aptisterii & catechumenorum ventilata est ration  
Mogūti. B erdotes plenius intelligent qualiter condignis  
cap. 9. nibus efficiant Chrtistianum.

Quod bigamus vocetur, qui ante baptismum vxorem,  
aliam post baptismum habuit. Cap. XCVIII.

*Ex decr.* **D**einde ponitur, nō dici oportere bigamum, eum  
Innocēti<sup>o</sup> papæ, ca. baptisatum fuerit aliam sortitus, eāmque primam tu  
52. quæ nouo homini copulata sit: quia illud coniugium  
baptismi sacramentum cum cæteris criminibus sit  
tum, Quod cūm de vna utique dicitur, certi, si tu  
buerit in veteri positus homine vxores, erit ei quæ  
ptismum quarta est, sic interpretantibus prima. Vir  
æquè nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Qu  
istud non videat contra Apostoli esse præceptum,  
Vnius vxoris virum oportere fieri sacerdotem? Sed ad  
tur, quod in baptismio totū, quicquid in veteri homi  
stum est, sit solutum. Dicite mihi, cum pace vestra  
crimina tantū dimittuntur in baptismo: An & illa  
secundum domini præcepta, ac Dei instituta comple  
Vxorem ducere crimen est, aut non est crimen? Si cr

est, ergo, præfata venia dixerim, erit author in culpa, qui ut crima committerentur, in paradiſo cùm ipſe eos iungere, benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus iunxit, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit: et enim à deo præparatur viro vxor, quomodo creditur inter crima esse dimissum, quod Deo authore legitur cōsummatum? Quid de talium filiis percensetur? Nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, qui ex ea suscepti sunt, quæ ante baptiſtum fuit vxor? Eruntque appellandi, vel naturales, vel spurii, quia non est legitimum matrimonium, niſi illud, ut vobis videtur, quod post baptiſtum assumitur? Ipſe dominus cùm interrogarerur à Iudeis, si liceret dimittere vxorem, atq; exponeret fieri non debere, addidit: Quod verò Deus coniunxit, homo nō separat. Ac ne de his loquitus esse credatur, quæ post baptiſtum sortiuntur, meminerint hoc, & à Iudeis esse interrogatum, & Iudeis esse responſum. Quæ verò & sollicitus quaro, si vna eademque fit vxor eius, qui antè catechumenos, poſtea fit fidelis, filiosque ex ea, quum eſſet catechumenus, ſuscepere, ac poſtea alios cùm fidelis, vtrum ſint fratres appellandi, an non? Habeant poſtea defuncto patre cum ceteris herciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorū nomen regeneratio ſpiritalis creditur abſtuliffe? Quod quum ita ſentire, atque iudicare absurdum eſt, quæ malum ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quām aliqua autoritate roborari, quum nō poffit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus coniunxit? Nunquid ſi quis catechumenus virtutibus ſtuderit, humilitatem ſequutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione cripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quaro, ſi haec quum factus fuerit, fidelis amittit, quia per baptiſtum totum, quod vetus homo gesserit, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemosynis reuelationē, Petrumq; ipsum vidiffe. Nunquid per baptiſtum hæc illi ablata ſunt propter quæ ei baptiſma eſſe conſeffum videtur? Si ita creditur mihi credite nō modicū erratur: quia quicquid bene gestum fuerit, & ſecundum præcepta legalia custoditum non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copu-

R ii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

la, quia Dei mandato perficitur, nō potest dici peccatum  
& quod peccatum non est, solui inter peccata omnino  
di non debet, eritque integrum aestimare, aboleri nō po  
prioris nomen vxoris, quum non dimissum sit pro pec  
to, quod ex Dei sit voluntate completum.

*De episcopis & presbyteris, & diaconibus  
rebaptizatis. Cap. XCIX.*

**E**x decr. **Felicitatis pa  
pe, ca. 1.** Communis dolor & generalis est gemitus, quod in  
Africam rebaptizatos etiam episcopos, presby  
teros, diaconosque cognouimus. Quae res sine dubio ad  
quoque peruenit notitiam sanctitatis, qualiter in Afric  
anis regionibus astutia diaboli sequierit in populum Ch  
ristianum, atque in id multiplici deceptione proruperit  
non modò vulgus incautus, sed ipsos quoque in mortis p  
funda demerserit sacerdotes, nullus non orbis inge  
nulla terra nesciuit. Vnde in gradi mero positi, diffi  
lare non possumus, pereuntium atque à nobis exigendis  
discrimen animarum. Quapropter competens adhibetur  
est talibus medela vulneribus, ne immatura curanc  
cilitas, mortifera captis peste nihil profit, sed segnius  
Etata pernicies reatu nō legitimæ curationis inuoluerit  
riter saucios & medentes. In primis itaque venientia  
vos, & remedium postulantis solicite discutienda effi  
fessio, & persona decepti, vt medela possit congruenter  
beri: & qui satisfacturus Deo per poenitentiam rebap  
tum se legitimè doluerit, vtrum ad hoc facinus concu  
rit, an impulsus accesserit, requiratur, sciens quod se de  
piat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem  
bunalis excuso iudicio derogari, cui illa sunt rata,  
pia, quae vera, quae iusta sunt. Et aliter necessitatis, alii  
tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem ca  
illius, qui forte precio solicitatus est, vt periret. Nihil enim  
intentatum relinquit inimicus. Cui ne de sua liceat  
dere capture, succurrendum est irretitis, & contere  
venantis est laqueus, vt inficiatim lamentantibus lap  
tam iustitiae moderatione, quam compunctione pietatis  
ad aulam quam reliquerant, sit ingressus. Nec pudeat  
fan, aut pigeat, in dictis iejuniorum, gemituumque tem  
ribus obedire, aut aliis obseruatiæ salubrioris obtemperare  
præceptis: quia humilibus datur gratia, nō superbus.

ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis in Christo fieri  
quærerit erectus. Et per dispélationis nostræ ministerium,  
quod vestrā sequi cōuenit charitatē, nec alicui fas est, vel  
velle, vel posse transcēdere, causas eius, qui contra aposto-  
licam doctrinā, ad iterationē se n̄imis infāustā baptisma-  
tis dedit, vel eius qui aliquibus argumētis excusandū cal-  
lidē propriū putauerit esse consensum, sacerdotali vigore  
& humanitate tractemus, vt in eis fides, quæ n̄isi est vna,  
iam nulla est, adiutorio dñi iudicis ad salutem, sine nostræ  
properationis offensione, reparetur: quia quum peccato-  
ris à nobis satisfactio protrahitur, nō præter nostrā laudē  
atq; latitiā, mens eius ad veniā purgatiō inuenitur. Et  
ideo memineritis hanc super his nos habere sententiā, vt  
seruata discretione peccantiū, non eadem cuncti qui lapsi  
sunt, lance pensentur: quoniam maioris castigationis est  
exigendus vñrā, cui domus dñi cōmissa fuerit disciplina.  
Vt ergo ab Ecclesiæ summatibus inchoēmus, eos quos epi-  
scopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, & seu  
optantes forsitan, seu coactos lauacri illius vñici, saluta-  
risq; clāruit fecisse iacturā, & Christum, quem non solūm  
dono regenerationis, verū etiam gratia præcepti honoris  
induerat, exuisse, quum cōstet neminē ad secundam tin-  
ctionem venire potuisse, nisi se palam Christianū negaue-  
rit, & professus fuerit esse paganum, quod quum generali-  
ter sit in omnibus execrandū, multò magis in episcopis,  
presbyteris, & diaconibus auditu saltem dictūq; probatur  
horriblē: sed quia idē dñs, atq; Salvator clementissimus  
est, & neminē vult perire, vñsq; ad exitus sui diem in pœni-  
tentia, si resipiscunt, iacere conueniet, nec orationi non  
modò fidelū, sed ne catechumenorū quidem omnimodis  
interesse. Quibus cōmunicio laica in morte redhibēda est.  
Quam rem diligentius explorare vel facere prō baptismo  
sacerdotis cura debebit. De clericis autē, & monachis, aut  
puellis Dei, aut secularibus seruari præcipimus hūc teno-  
rem, quē Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt, vel fue-  
runt, seruādum esse constituit, vt scilicet, qui nulla neces-  
itate, nullius rei timore atq; periculo, se vt rebaptizare  
tur hereticis impiè dediderunt: si tamē eos ex corde pœ-  
niteat, tribus annis inter audientes sint. Septē verò annis  
subiaceant inter pœnitētes manibus sacerdotum: duobus

R iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

etiam ad oblationes modis omnibus nō finantur, sed  
tummodo popularibus in oratione socientur, nec co-  
datur Deo colla submittere, qui eum non timuit, abu-  
re. Quod si, vtpote mortales, intra metas præscriptio-  
ris cœperit vitæ finis vrgere, subueniendum est impli-  
ti, & seu ab episcopo, qui pœnitētiam dederit, seu alii  
qui tamē datā esse probauerit, aut similiter à presb.  
viaticum abeunti de seculo non negetur. Pueris autem  
bus quòd adhuc inuestes sunt, à puritate vocabulū  
clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus  
rātia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus imposi-  
tione detentis, reddēda cōmunicio est, nec eorū expedita  
nitétia quos excipit à coercitione censura. Quod ei-  
bis proinde constitutū, ne hi quibus in terreni labo-  
gij, plus minūsve restat ad vitā, dum adhuc in penitentiis  
sunt, pœnitenda fortè cōmittant. Quod si ante præ-  
pœnitentiæ tempus, despectus à medicis, aut euidentia  
mortis pressus indicis, recepta quisquā cōmunionis  
tia conualescit, seruemuſ in eo quod Nicāni canon  
dinauerūt, vt habeatur inter illos, qui in oratione se-  
municant, donec impleatur spaciū tēporis eidē gra-  
tuin. Nec catechumenos nostros, qui sub tali profectu  
baptizati sunt, præterimus: quia nō est causa dissimili-  
cut ijdem sancti canones ordinarūt, eius qui quolida-  
do Christū, quem semel cōfessus est, abiuraret. Tribu-  
nis inter audiētes sint, & postea cum catechumenis  
mittantur orare, per manus impositionē communio  
tholica gratiā recepturi, exceptis sanè tantūmodo  
pīs, presbyteris, diaconibus, quibus solo mortis suae  
re reconciliandū esse iam diximus: cæteros, id est, cleri-  
cos, sive monachos, seu laicos, sexus vtriusque per  
quos violentia & periculis coactos, iterationē bap-  
tis subiisse constiterit, vel qui aliquo cōmento, humi-  
cinoris piaculis dixerint non teneri, in pœnitētia se-  
ennium durare decernimus, & per manus impositionē  
societatē recipi sacramenti, illo per omnia custodi-  
ex his vñquam, qui in qualibet ætate alibi quam in I-  
sia catholica, aut baptisi ati, aut rebaptizati sunt, ad  
siaſticam militiā prorsus permittantur accedere. Q  
satis esse debet, quòd in catholicorū numerum sunt

pti, quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violaret antistitum: vel qui non remouerit eum que ex his ad ministerium clericale obrepisse cognoverit, Curandum vero maximè, & omni cautela est prouindendum ne quis fratum coepiscoporumq; nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diœcensi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui conciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio & literis, aut in parochia presbyter, aut episcopus in ciuitate suscipiat. Quod aliqua dissimulatione neglectum, culpam tangit etiam clericorum, qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum vestram noticiam, nostra deliberatione perlatis, parere vos conuenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid, & quod prætere nos potuit fuerit reuelatum, secundum beatum Paulum apostolum tacente priore fidenter insinuet: quia spiritus sanctus ubi vult spirat, maximè cum sua causa tractatur. Nec nos pigebit audire, & si qua sunt omissa non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Datū Iduum Martiarum die, Dynamio, & Sibidio quartum consulibus.

*De eo qui per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur. Cap. C.*

**S**i quis per ignorantiam ordinatur antequam baptize- *Ex dictis*  
tur, debent ab eo baptizati baptizari, & ipse non or- *S. Isidori*  
dinetur, sed Romanus potifex iudicat non hominem qui *episcopi*.  
baptizat, sed spiritum Dei sub ministrare gratiam baptis-  
mi, licet paganus sit qui baptizat.

*De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur.*

*Caput C.I.*

**D**icitum est solere in quibusdam locis pro perceptione *Ex conci.*  
chrismatis nummos dari: solere quoque pro baptis- *Tribure.*  
mo & communione. Hoc symoniacæ heresim de- *cui inter-*  
testata est sancta synodus, & anathematizauit, & ut de ce- *fuit rex*  
tero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel baptis- *Ainol-*  
mo, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communione, *phus, cap.*  
quicquam exigatur: sed gratis dona Christi, gratuita dif- <sup>22</sup>  
pensione donentur.

*Finis Libri Quarti.*

R iiiij.